

Themata de tempore

patienter sustinemus. ibi. in tribulatione patientes. Secundo ut propter spem
de eis etiam gaudeamus. ibi. spe gaudentes. *Uice titulo de Audio vel de spe.*

¶ *De Evangelio.*
manifestavit iesus gloriam suam et crederunt. *De Evangelio.*
in eum discipuli eius. *Joh. ij.* Ad credendum in christum multum faciunt miracula per
quae manifestat eius potentiam. id dicit manifestavit. ubi duo tangunt. Primo
christi potentia in miraculi operatio. ibi. manifestavit. scilicet. miracula faciendo. Secundo
discipulorum sapientia in christi per miracula recognitione. quia ex hoc cognoverunt
ipsum esse verum et crederunt discipuli. *Uice ti. Cretere. Dominica. ij. d. epla*

¶ *Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus pace habentes. Ro. xij. Uice ti. de pace.*
¶ *Moli vincere a malo sed vince in bono malum. Ro. xij. Uice ti. de tentatione.*
¶ *Ubi descendisset iesus de monte secute sunt eum turbae multae. De Evangelio.*
¶ *Matth. viij. In his verbis duo tangunt. Primo filii dei humilitas quam ostendit in incarnatione. ubi. cum descendisset de monte. i. de celo. Secundo generis humanam humilitatem quam habuit ex eius predicatione. ubi. secute. Uice ti. de sequendo deum.*

¶ *Domine si vis potes me mundare. Matth. viij. Ita mundicia potest christus facere secundum quod dicit in his verbis. Domine. ubi duo tangunt. Primo quod christus habet mundandi plenariam potestatem. ubi. potes me mundare. Secundo suae potentiae exercitandi magnam facilitatem. ubi. Domine si vis quia per solam voluntatem potes hoc facere. Uice ti. de mundare. sive de mundicia.*

¶ *Ego veni et curabo eum. Matth. viij. In his verbis duo tangunt. Primo ipsius filii dei benignitatem quam ostendit in veniendo. ubi. ego veni. Secundo nostram utilitatem quam fecit curando. ubi. et curabo eum. Uice ti. de Clemere.*

¶ *Non inveni tantam fidem in israel. Matth. viij. Licet autem christus esset principaliter missus ut fidem predicaret et in iudeis. tamen gentiles plus profecerunt in fide. secundum quod dicit in his verbis. Non inveni. In quibus verbis duo tangunt. Primo ostendit quod christus querit in quolibet fidei profectum eum. ubi. Non inveni. quod est. Secundo inveniunt in iudeis fidei defectum quod non inveniunt tantam fidem quantum scilicet esset necessaria ad salutem. ubi. tantam fidem. Uice ti. de fide.*

¶ *Qui diligit primum legem implevit. Ro. xij. Ad hoc autem quod aliquis sit in unum spiritualiter requiritur quod servet legem dei. quam tota homo servat si primum diligat. ut dicit in his verbis. qui diligit. ubi duo tangunt. Primo unum valde facile scilicet diligere. ubi. qui diligit. Secundo aliud valde utile. scilicet legem implevit. Uice ti. de Caritate.*

¶ *Diliges primum tuum sicut teipsum. Roma. xij. Uice ti. de Amore Primi.*
¶ *Ascendente iesu in naviculam secuti sunt eum discipuli. De Evangelio.*
¶ *eius. Matth. viij. Quia quam christus tenuit et docuit est penitentia. et ideo per viam istam. quoniam eum qui sunt sui discipuli secundum quod dicit in his verbis. Ascendente iesu. ubi tria notant. Primo christi pietas. quia statim penitentiam tenuit propter nos instruendos. ubi. Ascendente iesu. Secundo penitentiae utilitas. quia propter naviculam cum qua homo sine periculo transire mare huius mundi. ubi. in naviculam. Tertio discipulorum christi obedientiam. quia suum dominum sunt secuti. ubi. secuti sunt eum. Uice ti. de sequendo deum.*

¶ *Domine salva nos perimus. Matth. viij. Quia salvare potest solus christus. id apostolus in periculo positi ad ipsum recurrunt. dicentes. Domine. ubi tria faciunt. Primo*